

IN PRIOREM EPISTOLAM PAVLI APOSTOLI AD TITOM THEVM CATHOLICA EXPOSITIO ECCLESIASTICA.

*Authorum nomina, qui in commentariis in hanc Epistolam citantur.*

A M B R Ambrosius. B Bulingerus. C Calvinus. L Pelicanus. PAR Paraphrastes. OS Oecumenius. T Theophylactus. I Iodochus. V Vullichius,  
CR Cruciger. P Pometanus. M Caspar Megander. V Vitus Theod. A Aug. Matloratus.

## ARGUMENTVM.

**P**er Rior Epistola ad Timotheum & valde locuples est & dulcis. Continet enim multos ac fere præcipue locos doctrinæ Christianæ, quos extare maxime in Ecclesia prodest, & inculcat hominibus. & Vnde eam non tam Timothei quam aliorum causa scriptam fuisse facile iudicabunt qui diligenter omnia expenderint. Multa enim continet quæ supervacuum fuisset scribere, si Paulus cum solo Timotheo negotium habuisset. Iuuenis erat, nondum ea auctoritate instructus quæ sufficeret ad cohibendos homines proteruos qui contra insurgerent, Apparet autem ex Pauli verbis fuisse tunc nonnullos qui quæcum ostentatione polletent, non libenter cuius etant cessuri: qui tanta deinde ambitione flagabant & nullum turbandum Ecclesiæ factum essent nisi quispiam maior Timotheo se interponeret. Apparet similiter multa Ephesi fuisse constituenda, quæ Pauli calculum & nomen desiderarent: m Illuc enim pseudoapostoli quidam Iudei erant qui Ecclesiam in Christo eruditam ad Iudaicam Legisque iustitiam pertrahere conabantur. & Itaque quum Timotheum multis de rebus monere haberet in animo, sub eius quoque nomine alios eadem opera mouere voluit. c Rimo vero videtur sibi Paulus in hac Epistola omnes omnium ætatum pastores & doctores in Ecclesia in animo proposuisse, ac voluisse communem quandam epitomen scribere, quæ admoneret eos breuiter de tota ratione officii. Scribit enim de doctrina, de ministerio & de Ecclesiastica politia. p Docet nihil in Ecclesia docendum præter fidem & charitatem, reiectis fabulis & inutilibus questionibus & pugnis verborum & disputationibus inanibus, pro ambitione & avaritia institutis, quæ pestes sunt sinceræ in Christum fideli & in proximum charitatis. c Hæc porro doctrinæ corruptela pluribus quam oportuit seculis regnauit in Papatu. Quid enim aliud fuit scholastica Theologia quam immensum inanum & nihil speculationum chaos? Ethodie extant plerique qui ut acumen suum ostentent, in tractando Dei verbo non scimus ac in profana philosophia ludere sibi permittunt. A Primo igitur capite hæc omnia seuerete redarguit, & hortatus Timotheum, m ut strenue & constanter Christi doctrinæ & integritati studeat, quo fidem & charitatem omnia spirent. & In his enim duobus capitibus continetur doctrina sana, & quæ in eo sita est ut purum cor, bonam conscientiam & fidem minime fucatam habeamus, & proximum sicut nosipso diligamus. c Pro ro, ne contemptui sit sua authoritas, postquam indignitatem suam confessus est, simul qualis esse cœperit per Dei gratiam honorifice predicat. & In fine Hymenæum & Alexandrum Satanæ tradidisse scribit: hoc est, aperte tanquam non Christianus excommunicasse: a vt cœteri dilecent in sana doctrina & bona conscientia perseverare. & Secundo capite adhortatur ad orationem & precationem pro omnibus hominibus, c præcipue autem pro principibus ac magistratibus: vbi obiter etiam attingit quid utilitatis percipiat mundus ex ciuili gubernatione. & Huiusmodi precationem & orationem ideo bonam esse dicit & Deo acceptam, c quia Deus Euangeliom omnibus offerendo & Christum mediatorem, omnes se velles saluos fieri demonstrat, quod etiam à suo Apostolatu, qui Gentibus proprie destinatus erat, docet. Inde omnes cuiuscunque sunt loci aut regionis ad Deum orandum & vera fide & bona conscientia inuitat. Et hac occasione & quid viros deceat, quid mulieres in sacro cœtu, optime dissident. p Capite tertio Episcopos & Diaconos Christianos depingit, cum eorum uxoribus, familia & liberis. c Et, quo plus diligentia ac religionis in omnibus obseruandis adhibeat Timotheus, reducit illi in memoriam quid sit in Ecclesiæ administratione (quæ domus Dei est ac columna veritatis) veritas. Tandem totius cœlestis doctrinæ præcipuum caput & quasi cardinem, de Filio Dei in carne manifestato, commemorat: A hoc magnum & admirabile mysterium appellans, c pte quo reliqua omnia leuia ducenda sint. & Quarto capite prophetat de ultimis temporibus, quibus Antichristus in Ecclesia regnabit a per falsam & impiam doctrinam: cuius species quasdam attingit, & partim ut ab illis erroribus cauerent fideles, partim ut tenacius adhaerenter doctrinæ sanæ. c Deinde subiicit, eos sibi & piis omnibus, qui caput hoc tenent, solos esse aduersarios qui ferre nequeunt ut spes collocetur in Deum viuum. & In fine Timotheum hortatur ut se in verbo Dei & vera pietate exerceat, quæ res est omnium pretiosissima, & cuius studium temporalibus & æternis quoque benedictionibus Deus remuneratur. p Capite quinto, postquam modum monendi singulos prescrispsit, c de viduis disputat, quæ tunc in Ecclesiæ ministerium cooptabantur. Inde ad presbyteros transit, p iubens ut iis qui in Verbo & doctrina laborant, de victu & amictu ab Ecclesia prouideatur. i Hortatur & Timotheum ut leuanda valetudinis causa, vinum bibata quæ loco. In fine capituli hortatur ut in peccatis occultis iudicium suspendat, & donec a Deo reuelentur. c Sexto & omnium postremo capite addit alia quædam præcepta de diuersis vita generibus. p Docet quid seruos deceat, quid dominos: detestatu etiam pecuniae studium. c Et vbi de diuitiis meminit, iterum prohibet Timotheo ne se inanibus doctrinis impediatur. & Stylus congruit argumento. Institutiones enim facili & dilucido style exarandas sunt: & facilius Timotheo ne se inanibus doctrinis impediatur. Atque longius a Macedonia distare Laodiceam constat quam Ephesum ipsam. Neque rursus verisimile est, ipsum in redditu presbyteris Epheso Laodiceam se contulisse: præsertim quin illuc eum multæ causæ vocarent. Itaque probabilius est aliud est in scripsisse. p Verum paucum retulerit unde eam scripsit, a modo ipsam teneamus totam præclaris documentis & præceptionibus refertam esse, ut diligenter & summo studio à nobis legi & retineri debeat. c Nam quo magis intelligitur, eo erit dulcior, & magis amabitur.

## CAPUT PRIMUM.

*Alordi-  
nationem* Paulus Apostolus Iesu Christi iuxta † delegationem Dei  
saluatoris nostri, & Domini Iesu Christi, qui est spes no-  
stra.

PAVLVS APOSTOLVS IESV CHRISTI. p Hac inscriptione suum verbum commendat Timotheo & omnibus lectuiis Epistolam, vocet in hunc esse verbum Dei, non hominis: quandoquidem doctrinas & mandata hominum reicit Deus, Isa. cap. 29. d. 19. & Matth. cap. 15. a. 8. cr. Sc ergo Christi Apostolum nominat, p & sibi commisum esse Apostolatum a Deo testatur, vt agnoscant Ecclesiae, vnde profecta sit doctrina, & illi obtemperent. c Quod si soli Timotheo scripsisset, non opus erat adscribere hoc epitheton, & ita assertere ut facit: contemptus eius proculdubio fuisset Timotheus solo nomine. Sciebat enim esse Christi Apostolum, nec indigebat vlla probatione, quo fidem illi deferreret. Alios ergo potius respicit qui non tam erant ad ipsum audiendum voluntarii, vel non tam facile eius dictis acquiescebant. IV X T A D E L E G A T I O N E M D E I. z Verbum vnde haec vox deducitur significat In iungere, seu aliquid officii delegare, & mandare quipiam. cr. Ostendit itaque Paulus se mandato diuino missum ad docendum Euangeliū: s atque ita sibi parat auctoritatem, vt quod paulo post propositurum est, maius grauiusque habeat pondus. cr. Quandoquidem Dei mandatum vt I. aulo necessitatem affert docendi, ita nobis præcipit vt obtemperemus. S A L V A T O R I S N O S T R I E T D O M I N I. e Deum saluatorem vocat: quem titulum alias Filio tribuerit saepius solet. Patri tamen eo ipso conuenit, p quia ipse per Christum seruat nos, & in dilecto Filio suo nos quoque dilectos fecit, Ephes. 1. b. 6. c Merito igitur illi salutis nostræ gloria adscribitur. ET D O M I N I I E S V C H R I S T I. Nō facit Paulus solum Patrem Apostolatus sui auctorem, sed illi Christum adiungit, significans in Ecclesiæ gubernatione nihil agere Patrem nisi per filium, & ita communiter cum Filio. m Eandem q. oque & Patri & Fili potestatem esse subindicat: ita vt quicquid Pater, idem & Filius, quicquid Filius, hoc & Pater agere significetur. Q V I S S T S P E S N O S T R A. cr. Breviuter indicat argumentum suarum concionum, seu professionis titulum, & discernit Evangelii ministerium a Lege. Quasi dicat Paulus de eiusa Deo ad concionandum de promissio Saluatoris, qui est spes nostra. Non enim Legem adserio, sed aliud doctrinæ genus, in

quo exhibentur illæ magnificæ promissiones , liberatio à peccato & à morte , donatio iustitiae , & conuersatio cum Deo in æterna vita . Has ingentes res adfero , etiam si mundus nos aspernatur . Et hæc dantur propter Iesum Filium Dei , c qui proprie spes nostra dicitur . Tunc enim incipimus bene sperare quum in ipsum Christum respicimus : quandoquidem in eo solo residet tota salutis nostræ materia . M ipse enim unicus est per quem certum ad Patrem aditum habemus , ex cuius morte & merito nos , qui Deo carentes spem non habebamus , restituti sumus per sanguinem eius ad spem immortalem , ad cœlestia & æterna : imo cius præludio freti , in paternas ( à quibus longe aberamus ) Dei Pattis sedes reducimur . B Maledicti igitur sunt qui confidunt in homine . Ierem . 17 . a . c . & diuos creaturasue alias spes suas vocant . P Certe quicunque Christum viua fide non habent , eos in desperatione vivere necesse est : vt habetur Eph . 4 . c . 19 . Hypocritæ quidem fingunt se sperare , sed veniente tentatione spem non habent .

2. Timotheo germano filio in fide, Gratia, misericordia, pax à Deo Patre nostro, & Christo Iesu Domino nostro.

**TIMO THEO GER. FIL.** L Inscriptio est, qua Timotheum ante omnia  
filium vocat, ut quem Christo peperit & lucrificet. Postea germanum  
adiecit, sed est verum, qui Christum recte didicent ex doctrina Pauli.  
CR. Ut enim suppositius puer dissimili est natura, ita vocat hic discipu-  
lum germanum, non suppositum, qui retinet similem doctrinæ pusi-  
tatem, qui nec suppositius est, nec degenerat; videlicet qui nec aliena  
docet, nec corrumpt doctrinam. c Perinde ergo Timotheum commen-  
dat ac si esset alter ipse. nam moribus & ingenio patrem referebat. Et ne  
quis carnalem filium esse Pauli Timotheum cederet, adiecit. IN FIDE.  
A quod ad doctrinæ puritatē: cf. iii. debet. n Sic de Coriothii alibi scri-  
bit. In Christo Iesu per Euangelium ego vos genui, i. Cor. 4. c. 1. Et fides  
ac sinceritas Pauli in Timotheo, ut purissimo speculo, relucebat. c Sed  
qui conuenier hoc cum sententia Christi, Patrem nolite vocare vobis in  
terra: unus est enim Pater vester, qui in cœlis est? Matth. 23. a. 9. Item,  
cum illo Apostoli testimonio, Ehi multos habetis patres secundum car-  
nem, unus tamen est Patris spiritum? Hebre 12. c. 9. Responsio. Ita sibi  
vsurpat Paulus nomen patris ut Deo nullam honoris particulam abro-  
get aut minuat. Vulgare dictum est, nō pugnare quod subordinatur. Tale  
est paternū in Paulo nomen respectu Dei. Unicus in fide Patris omnium  
est Deus;